



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm  
Capitum secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 3167**

Iustificatus per Spiritum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36308**

I. EPISTOLA AD

ricors, liberrime, custos Ecclesie tuae, quem inuocauerunt Patres nostri Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, David, Baptista, Paulus, miserere mei, et remitte mihi peccata mea, & iustifica me per et propter Iesum Christum filium tuum unigenitum Dominum nostrum crucifixum pro nobis & resuscitatum, λόγον ἡ εἰκόνα tuum, quem uoluit pro nobis esse uictimam καὶ μεσότηρ ἡ ἰκέτης mirabili et inenarrabili consilio & immensa bonitate, sanctifica cor & animam meam Spiritu sancto tuo, rege & doce me, serua Ecclesiam &c.

In tali forma inuocationis commonefactio est de ueri Dei inuocatione, & de segreganda inuocatione Ecclesie ab Ethnica.

*Iustificatus per Spiritum.*

Id est, Christus declaratus dato Spiritu sancto, & factis miraculis per Spiritum sanctum, ita declaratus est, ut constet ueracem & iustum esse, & Euangelium non esse fabulosum. Nam Spiritus sanctus & publice testimonia dedit per miracula, Sicut inquit Dominus Ioan: 16. Spiritus me glorificabit. Et priuatim confirmat corda credentium cum erigit ea in media morte, & liberat nos à peccato, & ex doloribus inferorum uera consolatione, quae sentitur in cordibus, &c.



initium est uitæ aternæ, ut Roman: 8. dicitur.  
 Accepistis Spiritum quo clamamus Abba pater,  
 ipse Spiritus testimonium præbet Spiritui nostro  
 quod simus filij Dei.

Diligenter autem obseruent iuniores phrasin  
 in uerbo Iustificatus est, & considerent quomodo  
 quolibet loco usurpetur.

### Conspectus Angelis.

Existimo rem arcanam & magnam significare  
 Eri, Cum ait, conspectum esse Christum ab An-  
 gelis bonis & malis. Vident boni angeli causas  
 omnium operum Dei, & quare sic redimi uolue-  
 rit genus humanum, & qualis sit copulatio diui-  
 ne & humane naturæ, et seruiunt huic Domino,  
 ut Gabriel est nuncius ad Mariam Luca 1. Ve-  
 nit angelus ad Dominum in agone ad eum confir-  
 mandum Luca 22. Seruiunt ei & in defensione  
 Ecclesiæ Psalmo 34. Ebr: 1. In his rebus omni-  
 bus letantur sapientia & bonitate Dei, & De-  
 um grati celebrant ingenti & inenarrabili leti-  
 cia, & gaudent esse socij ministerij pro salute ho-  
 minum, quia uolunt Deum honore à plurimis af-  
 fici, & nos uerè diligunt, & dolent multos homi-  
 nes perire.

De hac angelorum sapientia & leticia dicit  
 Petrus